

Cambridge University Press

978-1-107-62382-8 - Sacramentarium Leonianum: Edited, with Introduction, Notes,
and Three Photographs

Rev. Charles Lett Feltoe

Excerpt

[More information](#)

LIBER SACRAMENTORUM.

293

[MENSE] APRILI¹

.....ut tibi gratae sint pro martyrum festiuitate sanctorum et nobis conferant tuae propitiationis auxilium per.

Vere dign̄. tibi enim festa² sollemnitas agitur, tibi dies sacrata celebratur, quam beati sc̄i Tiburti martyris tui sanguis 5 in veritatis tuae testificatione profusus magnifico nominis tui honore signavit et ideo cum angelis &c.

Vere dign̄. tuas enim Dñe virtutes tuasque victorias admiramur, quotiens in ecclesia³ tua horum dierum festa celebrantur, quos insignes confessorum tuorum et martyrum palmae 10 ad perennem memoriam, sollemnemque laetitiam fidelibus populis sacrauerunt per.

Quos donis caelestibus satias Dñe, defende praesidiis ut noxiis omnibus expediti post saluta[ria]⁴ tua toto corde curamus* per. 15

[Grati]ae⁴ tuae, quaesumus Dñe, supplicibus tuis tribue largitatem ut mandata tua te operante sectantes et consolationem vitae praesentis accipiant et futura gaudia comprehendant per.

* Cf. Cant. i. 3.

¹ MS. APRILE and so throughout the month at the head of every other page.² Edd. *festiua*.³ MS. *aeclesia* and so always.⁴ A hole eaten into the parchment has destroyed the letters in brackets on either side. There is little doubt that *gratiae* is the right restoration, because a very similar prayer in Greg. (251 Mur.) begins in the same way: so Ambr. (391 Pam.) reads *salutaria* in former prayer.

VII. *Item alia.*

Praesta nobis Dñe misericordiam tuam s̄orum tuorum suffragiis imploratam et quos intercessores nostros esse tribuisti fac eos et maiestatem tuam iugiter exorare et salutaria 294
5 inpetrare pro¹ nobis per.

D̄s qui nos idoneos non esse perspiciens ad magnificentiam tuam sicut dignum est exorandam, eorum nobis qui tibi placuerunt praesidia contulisti praesta ut eorum precibus adiuvemur quorum providisti² miseratus auxilium per.

10 Exaudi Dñe populum tuum cum s̄orum tuorum tibi patrocinio supplicentem et temporalis vitae nos tribue pace gaudere et aeternae reperire subsidium per.

Adesto D̄s noster famulis tuis et oblationes nostras s̄orum tuorum placationibus propitiatus intende ut quod nostra fiducia 15 non meretur pia supplicatio reddat acceptum per.

Da nobis Dñe tuae pietatis effectum et commendantibus sc̄is tuis etiam nostra mun[era]³ propitius intuere per.

Vere dign̄. quoniam tui operis tuaeque pietatis est ut⁴ innumerae⁵ s̄orum tuorum multitudini non solum credere in 20 Filium tuum Dñum nostrum sed etiam pro eo pati posse donat[u]m⁶ est ut quos iustificabat fides glorificaret [et]⁶ finis per.

Vere dign̄. tuas enim Dñe virtutes tuasque victorias admiramur, quotiens in ecclesia tua horum dierum festa celebrantur 25 quos insignes tuorum martyrum palmae ad perennem memoriam sollemnemque laetitiam fidelibus populis sacrauerunt per.

VIII. *Item alia.*

Propitiare Dñe supplicationibus nostris et s̄orum tuorum suffragantibus meritis preces⁷ nostras dignanter exaudi per.

30 Preces nostras Dñe quaesumus propitiatus admitte et ut digne⁸ tuis famulemur altaribus s̄orum tuorum nos interces- 295
sione custodi per.

¹ *pro* added above line.

² Apparently quite a recent hand has added *nobis* above line.

³ See p. 1, n. 4.

⁴ Edd. *quod*.

⁵ MS. *innumere*.

⁶ Two smaller holes have destroyed the letters in brackets.

⁷ MS. *praeces* and so usually.

⁸ MS. *dignae*.

Cambridge University Press

978-1-107-62382-8 - Sacramentarium Leonianum: Edited, with Introduction, Notes,
and Three Photographs

Rev. Charles Lett Feltoe

Excerpt

[More information](#)

APRILI.

3

Vere dign̄. quia tu es gloriosus in sc̄is tuis quibus et in confessione¹ virtutem et in passione victoriam contulisti propterea cum angelis &c.

Corporis sacri et pretiosi sanguinis repleti libamine quaesumus Ds̄ noster² quod pia devotione gerimus certa redemptione 5
capiamus per.

Tuere Dñe populum tuum et salutaribus praesidiis semper adiutum beneficiis attolle continuis et mentis et corporis per.

VIII³. Item alia.

Omp̄ semp̄ Ds̄ qui sc̄orum tuorum nos intercessione custodis 10
praesta⁴ ut quorum fovemur meritis proficiamus piae confessionis exemplis per.

Supplicatio tibi nostra Dñe et grata pariter existat oblatio quae cum pro sc̄orum tuorum commemoratione defertur indulgentiam nobis iisdem⁵ suffragantibus consequatur per. 15

Vere dign̄.⁶ qui non solum martyrum sed etiam confessorum⁷ tuorum es virtute mirabilis. licet enim illi passione sint clari qui manifestis acerba⁸ supplicia sustinere tormentis etiam isti tamen occultae proposito castigationis afflicti et cruciati spiritalis⁹ observantiae disciplinis illorum sunt vestigia subsecuti per. 20

X. Item alia.

Hostias Dñe tuae plebis intende et quas in honorem sc̄orum tuorum devota concelebrat proficere sibi sentiat ad medellam per.

Vere dign̄. qui dum confessores tuos etiam nunc tanta festi-
vitate glorificas simul et nullum apud te sc̄um propositum doces 25
esse sine praemio et praeter duriora certamina fragiles quosque
ad tuae retributionis munus invitas per.

296 Sumentes pignus caelestis arcani et in terris positi iam
superno pane satiati supplicamus Dñe deprecantibus sc̄is tuis ut
quod in nobis mystice¹⁰ geritur veraciter impleatur per. 30

¹ MS. *confessionem*.² Bianch. supplies *ut* in margin, which Mur. and Ball. insert in text.³ Edd. mark the ninth service as beginning with the previous collect but wrongly.⁴ MS. *presta*, and so often.⁵ MS. *hisdem*, and so usually.⁶ The readings in Miss. Goth. (644 Mur.) of this preface are noticeable: *manifeste, acerua, tormenta, occulte, om. et, spiritali*.⁷ Here in margin *confessor* in red ink.⁸ MS. *acerua*.⁹ MS. *spiritali*.¹⁰ MS. *mysticae*.

Impetret quaesumus Dñe fidelibus tuis auxilium oratio iusta
s̄orum et in quorum sunt celebritate devoti fiant in eorum per-
petua sorte participes per.

XI. **Item alia.**

5 Prosint nobis Dñe quaesumus tuorum suffragia collata s̄orum
ut quae nostris non possumus orationibus obtinere¹ placentium
tibi precibus adsequamur per.

S̄orum Dñe martyrum tuorum supplicationibus tribue nos
foveri ut quorum venerabilem (diem)² annuo frequentamus ob-
10 sequio eorum et intercessionibus commendemur et meritis per.

XII. **Item alia.**

Ds̄ qui ad deprecandum te conscientiae nostrae perspicias³
non sufficere facultatem cunctos martyres tuos fac orare pro
nobis quos digne possis audire per.

15 Offerimus tibi Dñe fidelium tuorum dona sollemnia s̄orum
martyrum interventionibus confidentes ut quod nos exsequimur
minus idonea servitute illorum potius meritis efficiatur acceptum
per.

Vere dign. qui sic hostis antiqui machinamenta destruxit ut
20 diabolo⁴ quem sua virtute prostraverat etiam s̄os suos spiritu
veritatis armatos redderet fortiores ne vel saevitiam metuerent
persequentum vel de promissae beatitudinis aeternitate dubi-
tarent quorum gloriam⁵ hodierna festivitate recolentes hostias
tibi laudis offerimus cum angelis &c.

25 Consecuti gratiam⁶ muneris sacri supplices Dñe te rogamus
ut inplorantibus pro nobis s̄is martyribus tuis divinae virtutis
effectum quem corporaliter sumpsimus spiritaliter sentiamus per.

Protege Dñe plebem tuam cum s̄orum tuorum patrocinio 297
supplicantem et in tua pietate confisam interius exteriusque
30 purifica ut per haec quae divino sacrificio gustaverunt et
mentium salutem mereantur et corporum per.

¹ MS. *optinere* and so elsewhere.

² The word *diem* or its equivalent om. in MS.

⁴ MS. *diabulo*.

⁵ MS. *gloria*.

³ MS. *prespicias*.

⁶ MS. *gratia*.

Cambridge University Press

978-1-107-62382-8 - Sacramentarium Leonianum: Edited, with Introduction, Notes,
and Three Photographs

Rev. Charles Lett Feltoe

Excerpt

[More information](#)

APRILI.

5

XIII. *Item alia.*

Praetende nobis Dñe misericordiam tuam et sc̄os tuos quorum nos fecisti patrociniis adiuvari tribue maiestatem tuam iugiter exorare pro nobis per.

Suscipe Dñe sacrificium placationis et laudis quod nos 5 intervenientibus sc̄is et perducatur ad veniam et in perpetua gratiarum constituat actione per.

Repleti substantia reparationis et vitae quaesumus Dñe Ds̄ noster ut per ea quae nobis munera dignaris praebere¹ caelestia per haec eadem tribuas² nos inhaerere³ caelestibus per. 10

Protector in te sperantium Ds̄ salva populum tuum tuere dispone ut a peccatis liber ab hoste securus in tua semper gratia perseveret per.

XIII. *Item alia.*

Propitius esto Dñe plebi tuae et auxilium nobis de sancto* 15 celerius fac adesse per.

Ostende nobis Dñe misericordiam tuam et salutaris tui dona concede per.

Laudis tuae Dñe hostias immolamus quibus nos et praesentibus exui malis confidimus et futuris per. 20

Vere dign̄. maiestatem tuam suppliciter exorantes ne perire patiaris quibus tanta remedia providisti et conlata praesidia non ad cumulum reis damnationis eveniant sed potius ad effectum salvationis accedant per.

Ab omni nos Dñe quaesumus vetustate purgatos sacramenti 25 veneranda perceptio in novam transferat⁴ creaturam per.

298 Non praeiudicet quaesumus Dñe fidelibus tuis nostra⁵ minus idonea deprecatio servitutis sed merita nostra praevincens ecclesiam tuam sanctifica gubernata salva prosequere et tibi sine cessatione devotam perpetua redemptione confirma per. 30

XV. *Item alia.*

Exaudi Dñe preces nostras et sc̄orum martyrum nos tuere praesidiis per.

* Ps. xix. (=xx.) 2.

¹ MS. *praeuere*.² MS. *tribues*.³ *inherere*, and so usually.⁴ Mur. and Ball. read *conferat*.⁵ MS. *nostrae* (*e* erased).

Cambridge University Press

978-1-107-62382-8 - Sacramentarium Leonianum: Edited, with Introduction, Notes,
and Three Photographs

Rev. Charles Lett Feltoe

Excerpt

[More information](#)

Respice Dñe munera quae in s̄orum tuorum commemora-
tione deferimus ut quorum honore sunt grata eorum nobis fiant
intercessione perpetua per.

Vere digñ. te enim laudant et benedicunt omnes sc̄i tui quibus
5 et in confessione virtutem et in passione victoriam contulisti per.

Praesta Dñe Ds̄ noster ut quorum nobis festivitate votiva
sunt sacramenta eorum salutaria nobis intercessione reddantur
per.

Tuere Dñe supplices tuos sustenta fragiles purga terrenos
10 et inter mortalium tenebras mortales¹ ambulantes tua semper
luce vivifica atque a malis omnibus clementer ereptos ad summa
bona pervenire concede per.

XVI. *Item alia.*

Praesta quaesumus Dñe ut martyrum tuorum iugiter cele-
15 bremus meritum quorum continuum sentimus auxilium per.

Sacrificium tibi Dñe pro s̄orum martyrum nataliciis immola-
mus ut quorum gaudemus praesidiis gloriam frequentemus per.

Vere digñ. cognoscimus etenim Dñe s̄orum nos martyrum
deprecatione muniri maiestatem tuam profusius implorantes ut
20 et temporaliter his patrociniis nos foveri et spiritaliter praecipias
adiuvare per.

Da nobis quaesumus Dñe ut cum martyrum sollemnitate 299
s̄orum perpetua tuitione laetemur per.

Exsultet Dñe populus Christianus de magnorum Fili tui
25 glorificatione membrorum et quanto eminentiora sunt caeteris
tanto magis de eorum culmine inferiora congaudeant per.

XVII. *Item alia.*

Esto propitius Dñe quaesumus plebi tuae et suffragantibus
sc̄is tuis tribue nobis veniam peccatorum. concedas² placatus et
30 pacem ut propitius largiaris auxilium per.

Suscipe Dñe quaesumus preces nostras et huius oblationis
obsequium quod in sc̄ae³ martyris tuae commemoratione offeri-
mus ad placationem tui nominis copiosa nobis fac provenire
clementia et ad gaudium nobis transeat sempiternum per.

¹ Either *mortalium* or *mortales* may be a mistake or variant, but there are no
marks to indicate this.

² Mur. and Ball. *concede.*

³ MS. *sc̄e.*

Cambridge University Press

978-1-107-62382-8 - Sacramentarium Leonianum: Edited, with Introduction, Notes,
and Three Photographs

Rev. Charles Lett Feltoe

Excerpt

[More information](#)

APRILI.

7

Vere dign̄. quoniam tu sc̄is tuis et patientiam tolerantiae et in beati fine certaminis das triumphum per.

Sacris reparati mysteriis suppliciter¹ exoramus ut intervenientibus² sc̄is tuis adprehendamus rebus effectum quod actionibus celebramus affectu³ per. 5

Creator populi tui Ds̄ atque⁴ reparator tuere supplices tuere misericordiam postulantes ut †satisfactio pro se intercedente sc̄um illum†⁵ et instituta bona recipiant et restaurata custodiant per.

XVIII. Item alia.

10

Concede Dñe populo tuo veniam peccatorum et religionis augmentum⁶ atque ut ei tua dona multiplices sc̄orum martyrum tuorum patrocinia fac adesse per.

Suscipe Dñe propitius ecclesiae tuae munera et sc̄orum 300 precibus nos tuere qui tuae iustitiae sunt placentes per. 15

Vere dign̄. quia te benedicunt et laudant omnes sc̄i tui quibus et in confessione virtutem et in passione gloriam contulisti per.

Sc̄orum †percipientibus†⁷ Dñe quaesumus salus et mentium praestetur et corporum ut doni tui fiat nobis et benedictio copiosa et larga protectio per. 20

Da auxilium Dñe quaesumus maiestati tuae potestatique subiectis et quidquid suis meritis non praesumunt sc̄orum tuorum precibus consequantur per.

XVIII. Item alia.

Adesto Dñe precibus nostris quas in sc̄orum tuorum com- 25 memoratione deferimus ut qui nostrae iustitiae fiduciam non habemus eorum qui tibi placuerunt meritis adiuvemur⁸ per.

¹ MS. *suppliciter*.² MS. *interveniētib.*³ So MS. ? *affectum*. Bianch. followed by Mur. and Ball. retains *affectu* and reads *effectu* for *effectum*, considering *rebus* and *actionibus* variants inserted in text.⁴ MS. *adque*, and so often.⁵ The reading here is corrupt and not easy of correction.⁶ MS. *aumentum*, and so always.⁷ So MS. Perhaps *merita* (or equivalent) has fallen out. Bianch. suggest *precibus* in margin, and Mur. and Ball adopt it into text.⁸ MS. *adiubemur*.

Exaudi Dñe Ds noster cum sc̄orum tuorum tibi patrocini-
o supplicantes ut quorum celebramus triumphos possimus retinere
constantiam per.

Praetende nobis Dñe misericordiam tuam et sc̄os tuos
5 quorum nos dedisti patrociniis adiuvari¹ tribue maiestatem
tuam iugiter exorare pro nobis per.

Auxiliare Dñe fragilitati nostrae ut tuorum intercessione
sc̄orum non reprobemur meritis quos tantis deputare dignaris
officiis per.

10 Tribue quaesumus Dñe donis tuis libera nos mente servire
ut intervenientibus sc̄is tuis munera quae deferimus et medelam
nobis operentur et gloriam per.

Vere dign̄. quia tu es gloriosus in omnibus sc̄is tuis* quibus et
in confessione² virtutem et in passione gloriam contulisti per.

15 Vere dign̄. quoniam tui operis tuaeque virtutis est quod sc̄is
tuis non solum credere in Filium tuum Dñm Ihm Xrm sed
etiam pro eo pati posse donatum est ut quos iustificabat fides
glorificaret et finis per.

Sacri corporis et sanguinis pretiosi renovati³ libamine quae-
20 sumus Dñe clementiam tuam ut quod frequenti devotione
gerimus certa redemptione capiamus per.

Conserva Dñe populum tuum et quem salutaribus praesidiis 30
non desinis adiuvare perpetuis tribue gaudere beneficiis mentis
et corporis per.

25

XX. Item alia.

Sc̄orum tuorum Dñe precibus adiuvemur et quod possibilitas
nostra non obtinet eorum nobis postulatione donetur per.

Hostiam nostram quaesumus Dñe sc̄i Laurenti martyris tui
et confessio veneranda et beata commendet oratio per.

30 Vere dign̄. qui nos per mundi caligines tamquam luminaribus
caeli sc̄orum tuorum exemplis instituens⁴ et intercessione pro-
sequeris per.

Inter innumera Dñe pietatis tuae subsidia huic fragilitatem
nostram confidimus non relinqui quia tanta nobis placentium
35 tibi patrocinia sunt provisa per.

* Cf. Ps. lxxvii. (=lxxviii.) 35.

¹ MS. *adiubari*.² MS. *confessionem*.³ MS. *renovati*.⁴ So MS.; Edd. read *instituis*.

Cambridge University Press

978-1-107-62382-8 - Sacramentarium Leonianum: Edited, with Introduction, Notes,
and Three Photographs

Rev. Charles Lett Feltoe

Excerpt

[More information](#)

APRILI.

9

Ds †errantes in via posse redire veritatis lumen ostendis¹
da cunctis qui Christiana professione censentur et illa respuere
quae² huic inimica sunt nomini et ea quae sunt apta sectari per.

³Omp̄ semp̄ Ds qui tuae mensae participes a diabolico iubes
abstinere convivio, da quaesumus plebi tuae ut gustu mortiferae 5
prophanitatis abiecto puris mentibus ad epulas aeternae salutis
accedant per.

Vere dign̄. cuius ecclesia sic veris confessoribus falsisque
permixta nunc agitur ut tamen et fragilitatis humanae semper
cavenda mutatio et nullius sit desperanda conversio: quo magis 10
supplices te rogamus ut quia sine te non potest solida constare
devotio et firmis perseverantiam et resipiscentiam largiaris in-
firmis per.

Da quaesumus Dñe populo tuo a diabolicis quibus renunti-
302 avit laqueis abstinere et toto tibi corde prosterni per. 15

XXI. Item alia.

Majestati tuae nos Dñe martyrum supplicatio beata conciliet
ut qui incessabiliter actibus nostris offendimus continuis iustorum
precibus expiemur per.

Grata tibi munera nostra sint Dñe quae tuis sunt instituta 20
praeceptis et sc̄orum festivitas gloriosa commendat⁴ per.

Vere dign̄. te in sc̄orum tuorum confessione⁵ laudantes
quorum dum sollemnia frequentantur copiosiora nobis fidei
proponuntur exempla, dum saepius victoriae revolvuntur cre-
briora nobis ministrantur auxilia, dum multipliciter⁶ uberius 25
meritum praedicatur et gloria spes nobis aeternae beatitudinis
propensius intimatur per.

Repleti Dñe caelesti mysterio et benedictionibus suffragantum
gratias agimus nomini tuo qui nos et salutaris munere comitaris
et sc̄orum patrociniis benignus adtollis per. 30

¹ Perhaps the simplest restoration of the text here is to insert *qui* before *errantes* and to change *lumen* into *lumine*. In the other Sacramentaries however it runs *qui errantibus ut in viam possint redire*, &c. ² MS. *qui*.

³ The usual marginal mark but without number is visible here, and some hardly legible letters (I think *alia*) in middle of line between the two prayers *Ds errantes* and *Omp̄ semp̄ Ds*.

⁴ There is no need to read *commendet* with Mur. and Ball.

⁵ Mur. and Ball. *confessionibus*.

⁶ *Multipliciter* seems like a variant, but there are no marks to indicate this in the MS.

Cambridge University Press

978-1-107-62382-8 - Sacramentarium Leonianum: Edited, with Introduction, Notes,
and Three Photographs

Rev. Charles Lett Feltoe

Excerpt

[More information](#)

10

MENSE

XXII. *Item alia.*

Martyrum tuorum nos Dñe semper festa laetificent et quorum
celebramus meritum experiamur auxilium per.

Magnificamus Dñe nomen tuum om̄p̄ et misericors Ds qui
5 fragilitati nostrae subveniens non solum nobis mysteria divina
largiris sed etiam per quorum preces his digni reddamur per.

Vere digñ. celebramus enim tuorum natalicia pretiosa¹ ius-
torum quae dum cotidie² toto³ resplendeant semper et incoantur
expleta et explentur iugiter incoanda per.

10 Frequenti sacramentorum perceptione satiati (ditati)⁴ quae-
sumus Dñe ut quorum honore geminantur salutifera nobis 303
oratione proveniant per.

Adsit Dñe misericordia tua populo s̄corum deprecatione
placatus⁵ quae eum semper et purget a crimine et ab hoste
15 defendat, temporalibus provehat⁶ adiumentis et ad s̄corum
gaudia sempiterna perducatur per.

XXIII. *Item alia.*

Sacrae festivitatis nobis quaesumus Dñe dona multiplica
†cum et salutis nostrae vota recolimus et eorum qui tibi sunt
20 placiti patrociniis adiuvemur†⁷ per.

Exercemus⁸ Dñe gloriosa commercia offerimus quae dedisti
ut te ipsum mereamur accipere per.

Vere digñ. quoniam licet immensa sint omnia, quae initiis
humanae sunt collata substantiae quod eam scilicet crearis ex
25 nihilo, quod tui dederis cognitione pollere, quod cunctis animan-
tibus summae rationis participatione praetuleris, quod⁹ tota
mundi possessione ditaris, longe tamen mirabilia sunt opera
ut terrenam mortalemque materiam non solum vivificaris ex-
stinctam sed effeceris et divinam per.

30 XXIII. *Item alia.*

Altaribus tuis Dñe munera terrena gratanter offerimus ut
caelestia consequamur, damus temporalia ut sumamus aeterna
per.

¹ MS. *praetiosas*, but the final *s* altered into the *i* of *iustorum*.

² MS. *cotidiae*.

³ *orbe* seems to have been omitted.

⁴ MS. *ditati*.

⁵ So MS. (for *placata*?).

⁶ MS. *proveat*.

⁷ MS. *adiubemur*: the text can hardly stand as it is: ?*ut cum sal—recolimus eorum*
&c. as Edd.

⁸ Edd. *exercetes*.

⁹ MS. *quo*.